

Bibliothèque numérique

medic@

Houllier, Jacques. De peste libellus

Paris : C. Macé, 1572.



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/hist/med/medica/cote?33330ax02>



IACOBI
HOLLERII STEMPANI,
 MEDICI PARISIENSIS
 CELEBERRIMI DE
 PESTE LI-
 BELLVS.

Anto. Valetij scholijs illustratus.



Pidemia 1 morbus est aliquo anni tempore, certisq; locis inualefcens: qui si multos rapit, λοιμώδης, id est, pestilens appellatur, & λοιμός pestis est: qui morbus populariter grassans multos interimit. Súnctque eiusmodi morbi 2 ab aëre omninò distinguédi, ab iis, quos ποροεικοῦς appellant, quibus antecedēs 3 vitæ ratio causa est. Atque imprimis animaduertere oportet, vnde primùm clades eiusmodi publicæ oriuntur. Nam & ad curandi rationem pertinet. Σπορεικοὶ vniuscuiusque proprij sunt, tantùmque vexant populi vulgus, ac ferè quo tēpore longa præcessit fames & annonæ raritas, cùm videlicet obuiis quibúsque alimentis sese ingurgitant, vnde humorum corruptela coaceruatur. Quòd si ferax annona sequitur, & frugum prouentus vberior,

etiam solito magis sese replent. Sed non pura corpora quantò plus nutriuntur, tantò læduntur magis. Quod enim bene succosum est, multitudine acceruatì victus priore vita corrumpitur. Ab hoc non adeò metuenda contagio. Alterum genus, quod ab aëre est contagiosum magis, nulliq; parcit, temperatos, 4 scilicet, & alios corripit, quia communiter nobis, etiam nolentibus, idem hauriendus aër est. Ac ferè 5 Austri ac maritimi flatus, constitutio calida & humida, annus autumnalis, hoc est, quando modò calor, modò frigus est, pestem inuehunt. Causam alij è 6 cælo requirunt & decretis syderù. Alij in antegressæ causæ inuestigatione minùs se torquent. Multò magis enitendù, vt præsentès causas declinemus, hoc est, aëris afflatus alioqui corrigamus, & in hac pessima lue quantum arte & consilio conceditur, nobis & aliis salutare auxilium afferamus. Aër enim aliàs cæde hominum & strage, alioqui animalium, stagnantibus putridisq; aquis, aut maligno terræ halitu noxiis ventis, pestifero denique influxu syderis, sorde mechanicorum, vt coenæ eorum, corrumpitur.

1 Ex commentar. Gal. ad sent. 20. sect. 3. lib. 3. Epidem. Pestem autem veteres febrem quidem perniciosam, cuius calor præ aliis habeat, vt insigniter sit putridus, definiunt, sed eius essentiam minimè explicarunt. Quicquid sit, quia celeriter, continenter & vehementer mouetur, de genere est febrium continuarum acutissimarum, quiddā malignius habens à venenata sorte, omnis vulgaræ putredinis modum superante. Venenati id genus virus vitalem primùm spiritum (vt solet venenum omne suā gemina proprietate cor vitæ fontem & domicilium petere) inuadit, tum verò in vniuersa viscera, totamque corporis molem dispergitur.

DE PESTE

2 Quod pestilentes morbi omnium populariū perniciōssimi, ab aëre, cæliue statu proficiſcantur, docet Gal. præfatione in lib. 1. Epid.

3 Sic in Æno frumento semiputri & leguminibus qui vesei fuerant coacti, communem in morbum inciderūt, cruribus vacillāunt. Testis quoque est Cæsar in commentariis Massilienses graui peste conflictatos esse in obsidione vr̄bis suę ob esum hordei & panici exoletorū.

4 Aliqua tamen desideratur corporis præparatio: siquidem nulla efficiens causa quicquam agat, nisi propensum subiectum nanciscatur: alioqui enim à labe illa nullus foret immunis. Itaque promptiūs corripuntur, qui humorum vitio redundant, qui cute rariore sunt, substantiāque molliore & debiliore. Temperatis etiam interdum non parcit, vt si maior fuerit vis auræ pestilentis in agendo, quā temperamenti in resistendo.

5 Vt in Cranone lib. 2. Epidem. Faciunt verò Austri maximas in aëre mutationes, cū à calidiore loco, vt à meridie, flare incipiant, propterea que sint calidi, & in humida loca perreptantes humidi fiant. Vnde tempestatis constitutio calida & humida exurgit putredini maxime obnoxia.

6 Pests causa non ita ad cæleste defluuium referenda est, vt cælestium corporum virulentam aliquam expirationem esse existimemus (hoc enim impiū esset cogitare) sed quod suo motu & lumine aërem sic temperent, vt progenita de temperatura illa qualitas noxam mortalibus inferat. Huius autem tēperaturæ ratio quia definiti nēquit, cælo, velut occulta, accepta refertur.

Corruptus eadem lue nos inficit, ac deinceps publicè nos inspiratu & expiratu inficimur. Sed si accedit humorum corporis intemperies, & spiramentorum cutis raritas promptiūs subit lues in arterias, corque prehēdit. Astrologorum placita sunt,

7 Saturni coniunctione cum Marte pestē inferri.

7 Idcirco Saturnum & Martem maleficos esse, necnon

pestem inferre Genethliaci voluerūt, quod vitæ nostræ in calido innato humido primigenio perfuso posita, insidientur: cum ille siccus, hic frigidus perhibeatur. Sed his commentis minimè credendum.

Porphyrus scriptum reliquit, 8 cometas orientes tabem pestemque mortalibus inferre, quibus occurrere non liceat. Sed Astrologi semel obseruato sydere legem statuunt. Porphyrus idem sequitur. Sed meminisse oportet, vt sua cuique elemento vis insit & perfectio, à cælo alterari. Verùm quia è cælo petuntur causæ nondum satis cognitæ, sed coniectura quadam capta, quam inuexit semel oblatus euentus. Et aliis saluber Oriens, aliis pestifer. Toti Italiæ, ac ferè Septentrioni, pestiferi Austri sunt, Aphricæ salutare. Quòdque apud nos Etesis faciunt, à media regione Aquilonum & Orientis afflantes, id Auster efficit Aphris. Tanta vis in eiusmodi Etesiis, siquidem Græcis Medicis credimus, vt vim maiorem pestiferamque anni præcedentis omninò corrigant, si cuique regioni inspirant tempestiue. 9 Febricula ferè leuis est, vt stent, nec decumbant ægri. Hinc etiam vulgus somnum prohibet, motum imperat, idque didicit longo vsu, quod confirmat ratio. Etenim lues intrò ad partes principes appetit. Reuellenda verò atque foras auocanda est: quod statu, motuq; melius fit, quàm quiete, cum somno in ima corporis colligatur. Urina 10 fanis interdum persimilis, aliàs aquosa, biliosa, nigra, melancholica: dolor capitis multus & delirium à tetræ vaporibus cerebrum petentibus, excrementa alui crassa, grauiter olentia, multum biliosa, spumosa: vomitiones biliosæ, nigra, inquietudo, nausea, o-

DE PESTE.

re ventriculi cordi consentiente, fastidium, cardialgia, sitis, lingua scabra, ardor parte interiori: hypochondrij cōtentio, calore naturali imbecilliore facto, respiratio magna, alta, dyspnœa, syncope, sudor foetidus. Frigent extrema, conuulsio fit, mors, viribus à veneno exolutis. Accidunt autem modo hæc, modò illa potius, prout veneni vis cerebrum aut hepar videtur magis labefactasse.

8 Qui præsertim ad Orientem vergunt, indicia plurimæ materiæ in aëre vitiatæ exhibentes. Solent enim ad Meridiem & Septentrionem potius ferri extra solstitia, cum intra solstitia & ad Orientem materia ipsorum à Sole celerius dissipetur. Quare ibi si consistent, maiorem esse materiã, quàm quæ resolui possit, significabunt.

9 Vehemens quidem est febris, sed iudicio tangentis levis.

10 Vel quia morbus non est in humoribus, vel superiores occupat thoracis partes, de quibus malè affectis non iudicatur ex vrina: vel, ut alij sentiunt, quia putredo non subest.

11 Si in superiore thoracis parte æstus cōsistat. In inferiore enim si sit, spiritus est demissior.

Signa futuræ pestilentiae ex anno & aliis sunt, ignes in aëre volitantes, cometa vergens ad Orientem, Austrorū magna anni parte flatus, aliis orientibus, aliis occidentibus, aër turbidus, nebulosus. Vere pluuia rara, frigus, postea austrini flatus, unde aër conturbatur, tum serenitas brevis sequitur, noctis frigus, vehemens calor interdum & ardor, variolæ, exanthemata, autumnalis æstus, ignes, inæqualitas caloris, frigoris, sereni & nubili cœli. Ranarum & reptilium, eorūque, quæ ex putredine gignuntur, prouentus. Latibula refugiant mures, talpæ, glires

pæ, glires & similia, quæ sub terra viuunt.

Addita inter signa.

Nulla interdum febris sensibilis: diastole minor, quàm systole: signa peculiarium humorum corporis sequitur color.

Diaria febris pestilentialis intra triginta horas interficit, sentiuntque vires paulatim exhalare, sæpèque neque ¹² bubo, neque carbunculus apparet: sed totum venenum in corde hæret. Alia febris in quartum diem prorahitur. Omnia bona signa suspecta sunt. Cælum calidum, humidum, secundum ventos in Epid.

¹² Vt cum debilior est natura, quæ aliqua ex parte sese nequeat exonerare.

Præseruatio.

 Orpus vacuum sit excremētis, non plethoricum. Obstructiones & adstrictiones declinentur, vt benè transpiret.

Cognoscenda causa est. Nam si cadauerum halitus aërem inficit, omninò procurandum, vt vel cremantur, vel sepeliantur: deinde frequenti rogo aër repurgetur. Quòd si virus exhalat è terra, vt ex antris & specubus, omninò præcludenda via est, atque interceptiunda flamma. Sed & aquarum stagnantiū residentiūque vapor declinari debet. Aëris verò pestifera conditio multò maximè, cum is & turbidus & meridionalis est, aut maritimus, multo igni ea parte structo, qua venti importantur, deinde etiam compitatum domi & priuatim téperanda est. Constat experientia Medicorum inspiratū halitum ignis, esse antidotum cōtra pestem & putredinem. Nota est historia Hippocratis. Cum ex Aphricæ

K k

DE PESTE

Æthiopiarq; locis pestifer halitus per mediū mare
 Athenas inueheretur, cōsuluit ignes incendi, atque
 ita magna illa ciuitas lue vindicata est. Hoc idem
 Empedocles Græcis & Acron quidā consuluit. Pos-
 sunt ignibus adhiberi 1 iuniperus, laurus, rosmari-
 nus, myrrha: cinamomum, acorus, herbæ odoratæ,
 lauendula, saluia, &c. Potest excitari aceto fumus, ex
 vino & aqua rosarum, silice candenti, quem in ace-
 to immerges, & subinde extingues. Ac priuatis ædi-
 bus multò magis eadem fiât. Vestes quoq;, stragu-
 la omnia, vel fantali fumo, vel aqua rosarum, aut si-
 milibus, quæ pōst dicentur, perfumari possunt. Ro-
 sæ & similia, acetum, &c. spargantur solo. Optimū
 verò ac breuissimū remedium secedere in salubre
 cælum, tenere corpus benè mundum & vacuum
 excrementis, haurire aërem Aquilonium, quia A-
 quilo ventorum saluberrimus est: atque fenestræ
 huic apertæ sint. Victus sit mediocris. Neque enim
 toleranda 2 fames & fitis, sed omnis incontinen-
 tia vitæ fugienda est, alimento siccante ac refrige-
 rante vsurpato, quòdque putredinem arceat. Itaque
 vtédum & omphacio, & acetosa, granatorum suc-
 co, limonum, citriorum, citrangulorum. Acetum,
 cappares, passulæ, cichoriū, endiuia, in summa quæ-
 cunque vel acidula, vel subamara putredinem pro-
 hibent. Quanquam in horum vsu ratio anni par-
 tium, temperamenti & aliorum ineunda est. Est e-
 tiam cur vino optimo, cinamomo, mōscho, aliisque
 calefacientibus aromatibus vtamur. Auibus, pisci-
 bus saxatilibus, fructibus, cerasis, prunis, vua & ficu
 Iunio mense vti oportet. Hyeme passulis & ficu-
 bus siccis, pomis aut piris odoratis, amygdalis. Sed

omnia æstate, aqua rosacea: hyeme, vino odorifero suffocari possunt.

1 Odorata istiusmodi spiritus reficiunt, aërem depurant, cor & cerebrum contra venenum roborant. Vñs commodus erit matutino tempore.

2 Cibandi ratio talis ineatur. Sit euehymus cibus, minime excrementitius, vel putredini opportunus: vt oua forbilia, carnes auicularum. Vinum potui detur generosum quidem, sed dilutum aqua laudabili. Quæ acida sunt, quia putredinem mirifice arcant, maxime comendatur. Plenior hie victus instituitur, quia viribus metuitur. Adde quod fames præterquam quod vires exoluit, humorum etiam malitiam exasperat, præsertim biliosis.

Exercitatio; domi sit pro consuetudine: alioqui mediocri, aut in vicinis hortis, cælo bene puro, atque vbi Sol non euerberat. Sit exercitij locus non suspectus, non decliuus, non vaporosus, in sublime positus, quique ab Aquilone potius affecto, aut eo vento, qui loco sit salubris. Aliis enim Zephrus, vt Italiæ: Aliis Subsolanus, vt nobis & Hispaniæ salubrior est. Quin & qui pestifer nobis Auster est, multis partibus Aphricæ salutaris est. Atq; hinc salubres suos Etesias expectant. Vitentur colloquia cum suspectis, abigantur canes, catti, eiusmodique animalia. Exercitio verò corpus excrementis repurgatur, puròque spiritu vegetari potest. Venus rara, hylaris vita, & sine animi curis. Optimum verò ac tutissimum remedium commutare solum, & in salubre secedere.

3 Calorem enim natium auger, & commodè corpus euacuat. Rhazes itaque commemorat in magna quadam pestilentia peremptos fuisse omnes, præter venatores solos. At moderata esse debet exercitatio, ne ex ea cõcitatore augeatur respiratio, quæ corruptum aërem proliciat.

K k ij

D E P E S T E

Somnus & vigilia pro consuetudine mediocria. Atque imprimis reficcandum corpus, hoc est, declinanda plenitudo, & excrementa sæpe purganda sunt. Itaq; vbi venæ tument, & vtile est aperta vena aliquid sanguinis detrahare. Excrementa quotidie repurganda, reddita aluo molliori exercitio. Ac singulis hebdomadibus 5 Ruffi pilulis vtendum est, quæ non vno modo à Græcis & Arabibus describuntur.

4 Vbi plethora non est, sanguinem ad præcautionem detrahare inutile est. At vbi plenitudo, mittetur quidem, sed parca quantitate, vt liceat larga, vitynte propter pestem necessitate.

5 Pilulariū Ruffi hæc ferè descriptio est in Antidotariis. ℞ aloes ʒ. 2. myrrhæ & croci ana ʒ. 1. finguntur pilulæ cum vino aromatite. Crocus vires recreat: aloë imersos ventriculo humores educit: myrrha putredinem inhibet. Pregnantibus non exhibentur, quod periculum sit internecionis fœtus ab amarore insigni. Non hæmorrhoidas patientibus, quia venarum oscula aperiunt.

℞ aloës lotæ in aqua endiuia, vel acetosæ ʒ. 2. myrrhæ, croci ana Gr. 15. cum vino al. fiant pillulæ.

6 Dosis 3. i. aut ʒ. 2. Sumantur ante cibum aliquo tempore.

6 Antequam prehenderit pestis, minore quâtitate hæ pillulæ dari debent, maiore verò, cùm iam inuaserit.

℞. 7 terræ sigillatæ, boli armenæ ana 3. ℥. ex succo cyperi fiant pil.

7 In huiusmodi terra & bolo armena, tantum virium reposuere veteres ad arcendâ pestem, vt nemo vnquam sit visus pestilentia interinsc, qui his antè sit vsus.

℞ aloës lotæ ʒ. 4. boli armenæ 3. ℥. croci. myr-

rhæ ana ʒ. s.

ʒ. aloës: croci ana ʒ. s. myrrhæ ʒ. 2. ex aceto
fiant pil. Dosis erit ʒ. i.

Alioqui impera pilulas duas communes.

ʒ. aloës ʒ. i. myrrhæ, ammoniaci ana ʒ. i. aut
ammoniaci æquum pondus cum aloë.

Bolus armena ad ʒ. i. in vino albo tenui & aqua
buglossi, calendulæ, acetosæ, imperatur.

ʒ. aloës lotæ in aqua scabiosæ ʒ. 2. myrrhæ lotæ
in aqua acetosæ, croci, mastiches ana drach. i. fiat
massa. Meliores sunt, quæ aliquot iam diebus con-
fectæ, quàm quæ recentes, quia melius compactæ,
fermentatæque sunt.

Pompeius in sanctuario, victo Myrthidate, hoc
reperit, nullo veneno lædi, qui hac antidoto vtere-
tur. 8 Nuces duæ, ficus totidem, ruta folia. 20. salis
granum: teruntur omnia, manè excepta deuoran-
tur: aut conspersa vino manè ieiunius deuoret. Ex
Plinio, Dioscoride, 9 Sereno. Aëtius alij tribuit,
quàm Myrthidati. Ficus diuidatur, nucleus nucis
tritrus indatur, folia quinque ruthæ & granum sa-
lis, torrefiant leuiter in igne, conspergantur vino,
& ita deuorentur.

8 Galenus huius medicamenti meminit lib. 2. de fa-
cultat. aliment. Sed cur tantas vires habeat, non alioqui
expressit. Vt enim caricæ pingues & nuges obstructa li-
berent, rutha putredini aduersetur, videtur tamen non
vsque adeo efficax esse antidotus.

9 Sic enim ait Serenus.

*Bi. demum ruthæ folium, salis & breue granum,
Iuglandisque duas, totidem cum corpore ficus,
Hæc oriente die pauco conspersa Lyæo
Sumebat, metuens dederat quæ pocul amater.*

Kk iij

D E P E S T E

Cucumeris siluestris radix in mortario teritur cū foliis tenerioribus semperuiui, apiij, coriandri bene triti. Mel additur, & puluis cinamomi aut 9. gran. piperis. Omnia mixta stanneo vase seruabis. Vtēis ieiunus castaneæ magnitudine ex vino tenui, albo, diluto aqua conuenienti. Poteris cum lue correptis versari, aut iam correptus statim sanescēs.

Theriaca & mithridatium nullis remediis cedūt. Datur bis in hebdomada 1^o à 3.1. ad 3.1. ex liquore conuenienti. Quales sunt distillatæ aquæ, bugloss. borrag. melyssophylli, calendulæ, rosmarini, maioranæ, absynthij, violarum, rosarū, citrei mali, limonium, acetosæ, portulacæ, cichorij, hyperici, enulæ, raphani, aristolochiæ, gentianæ, laurcolæ, agrimoniæ, marrubij, hyssopi, scabiosæ, tormentillæ, capparium, citrullorum, scordij, verbenacæ, iuniperi, & similia. Nam & herbæ per se, aut earum maceratio, in vino, aceto, aut liquore conuenienti, qui pesti prodest, mirabiliter iuuant.

10. Iam correptis maiore quantitate datur, quia vi maiore, vt morbus depellatur, quàm vt præcaueatur, est opus.

Allij 11 caput egressuro domo præmanditur, vini odori modicū ad 3.2. superbibitur, atque inde os colluitur, eodēmq; excepto manib⁹ facies abluatur.

11. Vnde alium theriaca rusticorum nominatur. Sed remedii id genus prophylactici Practicis veteribus non paucis improbat.

Vulgus enulæ radice in aceto prius macerata, deinde linteolo conuoluta, sæpēque inspirata naribus rectē vitur.

Vrina propria alij vtuntur.

Stercoris columbini 3. i. trita ex aqua buglosi.

Syrupus de acetosa, acetositate citri, limonibus.

℞. cuprosæ albæ bene lotæ in succo limonum, & siccata in eodem succo 3. i. pul. tormentillæ, rad. dictamni albi, gentianæ, enulæ, herbæ turciæ, scordij ana 3. s. fiat pul. detur cum aqua scordij.

In oleo scorpionum magna vis est. Nam si quis arterias temporum, manuum, pedum inungat, correptus præterea occiput, gulam, pectus & vicina buboni illinat, magnum auxilium sentit.

Fir oleum scorpionum ex scorpionibus in oleo ebullitis. Sed hoc melius. ℞. aristolochiæ, gentianæ, cyperi, corticum radicum capparum ana 3. i. amygdalarum amararum 1b. i. conquassata reliqua in oleo coquantur, & aqua, si vis, conuenienti, vel vulgari. In colatura x. viui scorpiones immergantur: contineatur vas in furno pistrinali, vnde subtractus panis, benè clausum: deinde loco salubri subiecto affere reponatur. Vfus est, vt inde arterias temporum, manuum inungas.

Tapso barbaro magna vis inest. Nam id animalium natura docuit contra venena posse. Mustella enim decertans cum serpente, si virus sensit, statim eam herbam quæritat & mandit, atque ita instaurat pugnam. Et experimento vulgi certum est succum ex ea herba expressum in vino tenui & odore, non solum præseruare, sed liberare correptos.

Aqua è papauere rheade distillata maximè probatur rusticis.

℞. electarij lætificantis Galeni 3. i. margaritarum splendidarum 3. 4. ovis de corde cerui, coralli rub. ana 3. s. vnicornis Gra. 6. pul. pilularum commu-

K k iij

DE PESTE

nium 3.1. Omnia dissoluantur in syrup. de limonibus & acetositate citri ana 3.6. aquarum scabiosæ, & absynthij ana 3.2. fiat potus. Pulvis per se cum bolo armena misceri potest, & in cochleari sumi cum vino tenui & odôro.

Coriandrum præparatum ieiunis, & à cibo.

Lac, à quo extractum est butyrum.

Mannæ granatæ, mell. al. ana 3.3. terebinthine 3.1. ß. pulpæ granati acidi ʒ. ʒ. cort. citri cōditorum 3.3. aquæ scabiosæ, melyssoph. borrag. acetosæ ana 3.2. vini optimi ʒ. ʒ. Per noctem distemperentur in liquoribus, postea distillantur in alembico.

℥. supradicti distillati 3.4. transfundatur per manicam Hippoc. cum cinamomi 3. ʒ. sacchari borraginati 3. ʒ.

Aristolochiæ rotundæ, baccarum lauri, gentianæ, myrrhæ ana 3. ʒ. Omnia trita excipiatur melle. Dosis 3.1. ʒ. cum vino aut decocto berberis, passulorum & similibus.

12 Superstitiosum est, & è regibus Persarum sumptum. In hæmatite lapide inculpatur homo genibus flexis, cinctus serpente, ut dextra manu caput, sinistra, caudam teneat: tum in aure in annuli capsula subiiciatur serpentariæ herbæ folium: deinde lapis eadem capsula fideliter indatur.

12 Tale quippiam superstitiosum retulit Gal. de terra Lemnia, in qua Dianæ sacræ sigillum esset impressum.

Oleum citriorum, seu ex eorum granis, laudatur: grana trita ex decocto berberorum & syrupo de limonibus.

℥. boli armenæ 3.1. vini 3.2. aquæ acetos. 3.1. ante somnum & ieiuno.

℥. theriacæ veteris 3. i. include in cæpa, & coque cæpam in furno pistrinali: vbi cocta fuerit, calidam iniicies in vini granatorum aut berberis 3. 4. expressionem bibes. Eadem cæpa cum theriaca, succo tormentillæ iniicitur, & addita quarta parte syrup. de limonibus propinatur herba turcica.

Ouum vtrinque perforatur, tota substantia vacuatur. In vacuam testam 3. 7. croci immittuntur. Traiecto per foramina baculo tenui ouum tectū igni affatur dum vehementer caleat testa: hæc cum croco ad summam tenuitatem teritur, tritis æquale pondus, aut 3. i. theriacæ adiicitur & 3. 2. granorum sinapi. Tota massa diuiditur in duas partes æquales, vtrāque partem in 7. 10. vel 11. pilulas formandam: si euomuerit, rursus dato alteras: si non euomuerit, saluus est. Sed post dabis.

℥. saluæ, hyssopi, lauendulæ, foliorum quercus, ana M. i. bulliant in pinta vini ad consumptionem trium partium, vinum propinatur.

℥. mastiches 3. i. euphorbij 3. 8. spicæ 3. i. fiat puluis, detur ex aqua gentianæ, scabiosæ, aut similis.

Aquarum endiuæ, nenupharis, acetosæ ana 3. i. 8. aceti 3. 2. theriacæ 3. i. vel ex aqua scordij eadem theriaca propinatur.

℥. corticum citri 3. 8. ficus duas: scord. berberis ana P. i. fiat decoctio in aqua calendulæ ad 3. 3. expressioni adde theriacæ 3. i. boli armenæ 3. 8.

℥. succi acetosæ depurati 3. 2. vini granatorum & berberis ana 3. i. theriacæ 3. 2. vel trypheræ Sarracenicæ tantundem.

Ac perpetuò meminisse oportet, distinguenda inter curandum calida à frigidis, vt rectè vtaris.

D E P E S T E

Frigida sunt rosæ, viol. caphura, acetositas citri, vinum granatorum, berberorum, lac acetosum, acetum, nenupharis flores, aqua rosarum, acetosæ, &c. Succus limonum, citrangulorum, omphacium.

Calida, moschus, lignum aloës, cariophylli, &c.

Trochisci è caphura.

℥. tragacanthi albi, spodij electi, gummi arabici albisimi, seminis psyllij ana 3.℔. sacchari candi, liquiritiæ mundæ, semin. cucurbitæ, citrulli, portulacæ ana 3.℔. penidiarum 3.℔. caphuræ 3.℔. succi citranguli, panis sacchari ana quant. sufficit, fiant trochisci. Dosis magnitudo lupini cum iulepo Alexandrino.

℥. sacchari rosati, triafantali, diatragacanthi frigidi ana 3.℔. fol. auri puri numero 5. margaritarum, hyacinthorum, oësis de corde cerui ana Gr. 16. fiat pul.

Boli armenæ 3.℔. ex vino tenui, oxycrato, aqua conueniente. Alij prius abluunt: alij tritam conspergunt aqua conuenienti, siccant, & tertio ita terunt ac siccant.

℥. terræ sigillatæ 3.2. terantur, superaffundatur vinum tenue odoriferum: siccetur: secundo actertio ita fiat. Deinde adde baccharum lauri tritarum 3.℔. rad. ireos & tormentillæ ana 3.2. cinamomi 3.℔. croci Gra. 6. cum acetositate citri fiant trochisci ponderis 3.℔. Dentur cum succo conuenienti.

℥. boli armenæ, vt suprâ descriptæ & præparatæ 3.℔. rad. tormentillæ, tunici, diptamni, santalorum rub. ana 3.℔. rasuræ eboris, spodij, corticum citri ana 3.℔. margar. splendorum 3.2. fragmentorum rubini, granati, smaragdi, sapphyri, hyacinthi ana 3.℔. rasuræ cornu vnicornis 3.℔. fiat pul. Detur in

vino subtili diluto aqua acetosæ. Alioqui addatur facchari albissimi in aqua rosarum, moschata, vel caphurata. Dissolvitur & siccatur. Dosis ad ℥. 4.

℥. supradicti pul. 3. i. facchari lb. i. misce. Deinde.

℥. succi acetosæ & pomorum odoriferorum ana 3. 6. bulliant vsque ad consumptionem tertiæ partis semper despumando : dissoluto faccharo finge trochiscos ponderis 3. 2.

Vel ad singulas libras facchari pone 3. 10. pulueris, & facias conditum.

℥. setæ nouiter tinctæ lb. i. immergatur per diem in aqu. rosar. acetosæ, & pomorum redolentium ana lb. i. Deinde bulliat, donec aqua rubeat : in qua dissol. facch. lb. 3. & cum fuerit debite coctum, adde pul. 3. 3. si bolos facere volueris : vel si opiatam, 3. 4.

Possunt quoque pul. syrup. aut conferuis misceri. Syrup. de granatis acetosis, dulcibus, limonibus, persicis, acetositatē citri, de prunis, de succo acetosæ, de ribes, berberis, de succo cucurbitæ, de pomis odoriferis, rosar. violatus. Iulep. de buglos. borrag. melystophyllo, rosatus, viol. de aqua viol. borrag. scabiosæ, pimpinellæ, succo cydoniorum.

Conferuæ ex iisdem, & confectiones commodè deaurantur pro diuitibus.

℥. boli armænæ, vt prius 3. i. lb. cinamomi 3. i. rad. dictamni & tormentillæ ana 3. lb. rad. tunci, coriandrorum præparatorum ana 3. 3. rhabarbari electi 3. 2. lb. zinziberis, terræ sigillatæ, corticum citri, ben albi & rub. corall. rubri, santalorum citrinorum, limaturæ eboris, margaritarum ana 3. 2. carabe, macis ana 3. i. seminum acetosæ, endiuia, portulacæ, spodij, ligni aloës, ovis de corde cerui ana 3. 2.

D E P E S T E

setæ combustæ 3.ß. auri & argenti limatorum ana
 ʒ.i. ambra Gr. 6. spicæ nardi Gr. 4. moschi Gr. 1.
 vel instar loci, moschi, caphuræ Gr. 6. Si addatur
 vnicornis ʒ. i. melius fuerit. Fiat puluis. Diuinus
 appellatur à Sarracenis.

℞. tormentillæ, diptamni, tunici an. 3. ß. sem.
 citruli, boli armenæ an. 3. 2. ossis de corde cerui, co-
 ralli albi & rub. trium santalorum an. 3. ß. rhabar-
 bari 3. i. ß. spicæ nardi Gr. 4. caphuræ 3. i.

℞. cinamomi vnc. ß. zedoariæ drach. 2. boli
 armenæ præparatæ drach. 6. sem. acetosæ & citri,
 corticis citri ana drach 3. rad. tunici, diptamni, tor-
 mentillæ, limaturæ eboris ana drach. i. ß. ossis de
 corde cerui drach. i. fragmentorum smaragdi, ru-
 bini, granati & sapphyri ana ʒ. i. fiat puluis qui in-
 corporetur cum conseruæ acetosæ & buglossi an. 3.
 3. sacchari lb. i. ß. vel lb. 2.

Paruulis verminosis.

℞. centonici in aceto fortissimo per diem infu-
 si, boli armenæ in aqua absynthij infusæ an. 3. i. rad.
 diptamni, rasuræ cornu cerui adusti, seminis cau-
 lium an. drach. 2. sem. citri, corticum citri, radicis
 tormentillæ, tunici, terræ sigillatæ, margaritarum
 splendorum, coriandri præparati ana drach. 2. ß.
 fragmentorum sapphyri, smaragdi, hyacynthi, gra-
 nati ana drach. i. corall. rub. 3. ß. setæ combustæ,
 sem. plantaginis ana ʒ. 2. ossis de corde cerui, rasu-
 ræ eboris an. drach. ß. vnicornis ʒ. i. ambra drach.
 i. fiat pul. detur stomacho vacuo cum aqua portu-
 lacæ, vel vino lymphato cum aqua acetosæ vel por-
 tulacæ: lactantibus cum modico lactis.

℞. sem. iuniperi drach. 2. ß. cariophyllorum, ma-

cis, nucis moschatæ, zinziberis, zedoariæ ana drac. 2.
vtriûsque aristolochiæ, rad. gentianæ, tormentillæ,
diptamni, tunici herbæ, rad. enulæ ana drach. 2.
saluiæ, ruthæ, balsamitæ, pulegij ana drach. 1. bac-
carum lauri, doronici Romani, sem. acetosæ, sem.
citri, cinamomi, macis, olibani, boli armenæ, terræ
sigillatæ, spodij, ossis de corde cerui, rasuræ eboris,
margaritarum, fragmentorum sapphyri, smaragdi,
coralli rub. ligni aloës, santali rub. & moschatellini
ana vnc. 6. conferuæ rosarum, buglossi, nenupharis,
theriacæ ana 3. 1. panis sacchari lb. 3. fiat electariû
cum aqua rosarum & scabiosæ.

℥. rad. tormentillæ recentis lb. 1. rad. enulæ 3. 4. *Aqua mira-
radicis berb. betoniciæ. & diptamni an. lb. 6. aceto- bilis ad pestē,
sæ cum seminibus lb. 2. vel acetosæ vnc. xx. feminis que describi
eiusdem 3. 4. buglossi & borraginis cum floribus tur à Gaine-
ros. rub. siluestrium ana lb. 1. pimpinellæ & scabio- rio libello de
sæ an. lb. 6. succi limonum lb. 1. theriacæ lb. 6. aquæ Peſte capite
vitæ ex optimo vino factæ & sæpiùs distillatæ 3. 2. de bezoardi-
cis.*
santali albi & rub. spodij, ben albi & rubri, marga-
ritarum splendorum ana vnc. 1. 6. ossis de corde
cerui vnc. 1. rasuræ eboris 3. 6. croci drach. 2. caphu-
ræ vnc. 2. foliorum auri 3. 6. folia auri in porphyro
vel marmore plurimùm agitabis cū modico mel-
lis, vt omninò coniuncta sint, & reponere in ampul-
la vitrea bene clausa cum aqua vitæ. Sic dimitte
per dies 15. Item margaritas tritas reponere in alia
ampulla cum supradictis, libra succi limonum, be-
ne obturetur per 15. dies. Radices optimo vino la-
uentur, terantur, deinde siccentur cum herbis &
floribus loco bene mundo in vmbra. Reliqua om-
nia reponantur in vase vitreato, & superfundatur

D E P E S T E

aqua vitæ, succus limonum &c. bene obturando, ne quid exhalet. Vas fouea tripedanea sepelies, locus sit humidus, calce viua instratus, cui infideat vas. Deinde circumdetur & cooperiatur vinaceis, vel fumo equino, aut vaccino omninò tegatur. Tum infundatur aqua, vt par sit humiditas loci. Illuc permittē 12. dies. Sed sæpe, vt quarto quoque die, vinacea & finum commuta. Tota materia transponatur in alembicum vitreum bene sigillatum, ne quid expiret. Fiat distillatio lento igne, & sine fumo. Aqua rursus iniiciatur in relictum magma, & iterum distilletur, ac tertio sine sæcibus distilletur in balneo mariæ. Reponatur fideliter vase vitreo.

Dosis cochleare vnum.

Gestata profunt, carbunculus, rubinus, granatus. Hic, etsi non in pretio sit, aliis generibus præferendus, sapphyrus, hyacinthus, agathus, &c.

℞. aceti albi ʒ. 6. aquæ ros. & violarum an. ʒ. i. s. caphuræ ʒ. i. moschi Gr. i. s. caphura & moschus conterantur, cum spongia sæpe odorentur.

℞. ros. rub. lb. 3. viol. lb. i. aceti fortissimi lb. 2. caphuræ 3. 3. moschi ʒ. 2. cōquassentur omnia simul, & ponantur in alembico vitreo, distillentur. Quod destillauerit iterum ingeratur in magma, & rursus distilletur. Loco rosarum & violarum, si recentes haberi non possunt, imperabis rosa. & violarum an. lb. i. aquarum earundem an. lb. s. Potest cortex citri adiici, & moschus & caphura minore dosi tamen immitti, cum eadem calet. Distillata bene reponatur aqua, & inde facies abluatur, & spongia imbuta sæpe inspiretur. Poteris quoq; addere ambra, ligni aloës an. 3. 2. aut solas aquas condire eius-

modi aromatibus, deinde commisce aceto albo.

Sed quia fortasse maculas faciei mulierum inferrent.

℥. lithargyri argenti lb. 6. optimè teratur, decoquatur in lb. 2. aceti albi optimi vsque ad consumptionem medietatis, semper cum spatula cōmiscendo. Deinde per filtrum distilletur, & in vase benè mundo reponatur.

Deinde.

℥. caphuræ 3. 3. aluminis rochæ, boracis an. 3. 6. moschi Gr. 4. terantur omnia : quibus adde olei tartari 3. 1. 6. Et omnia pone in lb. 2. aquæ rosarum. Bulliant ad consumptionem tertiæ partis, semper commiscendo, & postea per filtrum distilletur, & in ampulla bene clausa vsui referuetur.

Pomum hyeme ita parabis ℥. styracis calamitæ, corticis citri an. 3. 2. ben albi & rub. menthæ siccæ, cariophyll. ligni aloës, cardamomi, valerianæ, calami aromatici, myrtillorum an. 3. 1. santalorum citrinorum, mastiches, caphuræ an. 3. 1. 6. macis, nucis moschatæ, cinamomi, ambræ an. 3. 6. moschi 3. 1. ladani purissimi 3. 3. 6. cum aqua melyssophyll. si. pomum.

Æstate verò sic. ℥. florum nenupharis, violarum, buglossi, ros. rub. santalorum rub. & citrinorum, spodij an. 3. 1. 6. caphuræ 3. 3. corticis citri 3. 2. macis, nucis moschatæ, maioranæ, calêdulæ, marrubij, styracis calamitæ, cardamomi, mastichis, zedoariæ, ligni aloës, cubearum an. 3. 6. ambræ 3. 1. moschi 3. 6. ladani 3. 3. conquassentur cum aqua rosar. Postremò addatur ambra & moschus, fiat pomum perforatum.

DE PESTE

℥. salis communis vsti, marmoris albi, pumicis, corallorum alborum an. 3. i. corticis citri an. 3. i. ʒ. mastichis drach. i. moschi Gr. 4. fiat pul. subtilissimus.

Multa alia id genus remedia ad præseruationem faciunt, de quibus Practicos consulere potes.

CVRATIO IAM COR-
REPTORVM.

Videndum imprimis, an venenum cor appetat. Celer enim morbus est, & qui naturam inopinatio obsessam perimit drepente.

Videndum etiam anne vitalis facultas deficiat. Initio ergo vtrunque præstandum est, tum iis quæ antidota sunt, tum motu, frictione & similibus, quæ foras euocant. Sed quia aliquantùm vigilia, motu, & frictione spirituum inanitio fit, habenda perpetuò vitæ ratio. Nam vt naturalis & animalis facultas integræ sunt, vitalis concidit. Initio igitur detur aliquot supradictorum antidotorum. Vcl.

℥. rad. tormentillæ, betonicæ, dictamni, gentianæ, morsus diaboli, cum rad. & herba croci ana 3. i. fiat pul. Dosis 3. 2. cum vino aqua rosarum lymphato. Et vt sunt vires, distillatum cum vino granatorum, berberorum, aqua tormetillæ, &c. Expressiones, colatitia, alterata, vt dictum est. Tum de vacuatione cogitandum.

Phlebotomia, si omnia permittunt. Alioqui purgatio, vt in humoribus.

15. Ellebori

Hellebori 3. 1. pomo concluditur. Pomum conuoluitur stappa, aqua rosarum prius madefacta & expressa, & ita in cineribus coquitur. Abiicitur helleborus. Pomum cōspersum puluere aliquo salutari datur fortioribus quidem: nam debilioribus secūdo pomo iterum coquitur. Secundum pomum datur. Iulep è vino granatorum, berberorum, aqua hordei cum saccharo, ex aquis intybi. Aqua saccharata cum iulepo violat. aromatizato pul. supradictis.

Cibus è media materia, qui facilè coquatur.

Aër obiectus aut salutaris sæpe commutatus, vt cubile molle, &c. Somno abstineat, nisi vires dissolutæ videantur.

Auicenna familiare hoc erat ad pestem alexiterium.

℞. aquæ rosarum 3. 2. vini albi, aut clari, tenuis, odoriferi 3. 1. boli armenæ tritæ subtilissimè 3. 1. Si euomat, malum est. Sed abluatur os vino. 14 Deinde repetatur antidotus. Debet enim, vt etiam nō reuomat, sæpius iterari. Quanquam qui retinent, ferè euadunt.

14 Vel. ℞. rasuræ cornu vnicornis gran. 6. syrupi de limonib. 3. 8. aquar. oxalidis & scabiosæ ana 3. 1. 8. detur potio. Pauperibus mythridatij ʒ. ij. cum 3. iii. aquæ oxalidis sufficiunt. Hæc subinde repetenda à purgationibus, aut iniectionibus, quia veneni frangendi, absumendi, fugandi & educendi potior cura esse debet.

Clysteribus, balanis lenibus, 15 catharticis, quotidie aluus lenienda.

15 Longius progressa pestis catharticis oppugnatur vementioribus, etiamsi illa humores conturbent, & hoc nomine videantur omittenda: leuioribus enim non cedit. Verum nefas est periclitatores Empiricos consecrari:

DE PESTE

quorum alij antimonium præparatum ad grana 4. vel 5. cum conseru. buglossi. rosarum, aut ouo sorbili exhibent: alij dacrydiū ad gran. 6. 7. cum 3. i. theriacæ: vel pulueris mercurij calcinati 3. s. cum aqua cardui, aut conserua, vel opiata cardiaca. Hæc enim hypercathartica sunt, & naturæ infensissima. Itaq; si promiscuè humores educere velis, sic præscripseris. ℞. cath. 3. 6. agar. trochiscati ʒ. 2. electar. diacarthami. 3. i. s. syrup. acetos. simplic. 3. s. theriacæ ʒ. i. cum aqua lupuli, aut scabiosæ, vel vino albo, f. potio. Vel. ℞. diaprui solutiui & electar. de succo rosarum 3. 2. syrup. de limonib. 3. s. trochisc. de caphura ʒ. i. cum aquis scabiosæ & cardui f. potio. Vel.

℞. cathol. fenn. & rh. dupl. 3. 6. cōfect. hamech 3. 2. elect. diamargar. frigid. ʒ. 2. syrup. de scolopend. 3. s. cum aquis buglossi & borraginis f. potio.

16 Epithemata cordi ex aqua rosarum, violarū, buglossi. &c. cum aceto, vino granatorum, caphura, fantalis, &c. & modico vini.

16 Hæc epithemata tum cordi, tum hepati admouentur. ℞. aquar. buglossi. scabios. card. bened. ana 3. 4. aceti rosacei 3. 3. electar. de gemmis 3. s. caphure, ossis de corde cerui ana ʒ. i. theriacæ veteris & mythridatij ana 3. i. croci gran. 4. Misceantur omnia pro fomento cordis tepido; cum spongia, vel linteolo, vel panno scarlatæ. Item. ℞. aquarum cichorij. oxalid. & rosar. ana 3. 4. vini granat. 3. 3. aceti rosacei 3. i. puluer. corall. rub. & santal. omnium ana 3. s. Misc. pro epithemate hepatis. Non sunt frigida imponenda, non quæ recipiant adstringentia multum, quia hîc repellere noxium est. Cæterum ad roborandas recreandasque vires conferent electar. vel opiata, ex diamargarito, diarhodo, aromatic. ros. conserua buglossi. cichorij. & simil.

DE BVBONE.

Febri pestilenti aliàs superuenit bubo, vel etiam eam antecedit, aliàs succedit eidem. Ante febrem bubonem enasci optabilius est, quia naturæ valentis significationem affert.

Constat experimento phlebotomiam nocere iam eunte bubone, & vtendum attrahentibus, cucurbitulis, cauteriis, potu bezoardico, frequenti quidem, si reuomant. Iteretur teritiò.

Phlebotomia nisi quid, dissuadeat, à vena cephalica, si sub auribus sit bubo, vel extrema manu, si sub mento: aliàs ab eadem: deinde à venis linguæ fiet. Si sub alis, à media: si in inguinibus, à saphena, sciatica extremorum pedum secundum rectitudinem. Ita & cucurbitulæ. A venæ sectione vitetur somnus, ne venenum intrò rapiatur.

Bezoardica.

Laudatur plurimùm theriacæ 3. 1. Cæpa cauata concoquitur, & apponitur loco.

Alij ita coctam cæpam aceto immergunt. Alij vini granatorum, & syrup. de acetositate citri ana 3. 1. 8. atque ita succum exprimunt: cùmque 3. 2. aquæ tormentillæ, vel succo propinant: materiam emplastri modo buboni apponunt.

℥. Valerianæ lb. 8. rad. ebuli. 3. 3. lybistici cum rad. 3. 1. Bulliant in aqua & oleo chamæmel. ana quantum sufficit. Deinde pistentur cum dicto oleo, & superponantur, vel addatur radix diptamni.

Diachyl. 3. 2. ammoniaci, galbani ana 3. 8. cum oleo Scorpionum incorporentur.

Vtendum quoque sanguisugis, cucurbitulis cum scarificatione, &c. Alij omninò circuncidunt, & extrahunt.

Cauteria, si vires valent. Tenaculis etiam candentibus extrahunt.

Calcis viuæ lb. 2. cineris purgati & cribrati, aluminis rochæ ana lb. 8. de quibus fiat lixiuium. Sed

Ll ij

D E P E S T E

ita vt materia induretur, quantitate paruæ auellanae vnguento alicui misceatur.

Catelli, 17 gallus, &c. Pulmones animalium.

17 Vt si viua hæc animalia per medium dissecentur, & calidè applicentur. Alij panem è clibano calidum admovent, aut denique tale aliquid aliud, quod cutis corporis spiracula relaxando fuliginem, aut virus educat.

Scabiosa teritur. Tribus horis retenta carbonem curat. Lysimachia similiter.

Cum oleo de Scorpionibus anagallis malaxetur: addatur aliquid myrrhæ aut veteris theriacæ. Alioqui maturandum apostema. Maturatum sagitta aperiendum, vel theriaca veteri, qua parte acuitur, & mollius est apostema. Siquidem hinc via fit puri, fiat apertio ad modum folij myrthi, vel oliuæ. Caueantur venæ, arteriæ, nerui. Secta parte si dolor oriatur, lana in oui albumine intincta ponatur. Sic per diem maneat. Si dolor contingat, deterge prius, & intinge in oui liquore, & modico olei rosacei.

Eschara tollatur, modico butyro, oui vitello, farina triticea mixtis in vncia olei rosacei, & vitellus oui simul agitetur.

Carbunculus.

Carbunculus à melancholico sanguine est, velut clauus quidam paruus, qui malignior factus pustulas quasi ab igne vrendas, escharam, ardorem, dolorem intolerabilem facit, rubens, viridis, niger. Parui, oblongi deteriores, vicinia liuet, ardet in partibus carnosiss & vicinis nobilium.

Bezoardica. Emmittantur fœces ventris, mittatur sanguis etiam ad lipothymiam, habita semper ra-

tionem virium, &c. Scarifica punctim: emplastrum è pane medio malaxatur cum succo plantaginis, adhibetur, vt & cætera, quæ discutiunt modicè & refrigerât. Vel ex plantagine, lentibus, pane cibario coctis in aqua. Granata acida aceto cocta ad putrilaginem, & linteolo extensa, initio ac statu.

18 Liliorum radix recès emplastri modo: deinde superpone folia caulium, betæ, &c.

18 Hec Galeni emplastrum est 14. Meth. Non vsque adeò probatur: quia metus est ne vi adstrictoria materiam venenatam intrò regerat. Attamen si carbō parum caleat, parum doleat, parum rubeat, apponetur.

Bonus armentorum fimus, siccus ex aqua subtractus.

Quidam practici maturant. Galen. prohibet vti pus mouentibus, quia non maturant, sed putrefaciunt.

Scabiosa, cauda equina, Sapphyrus circumagitur carbunculo, deinde retinetur è directo. Albertus Magnus multos carbones vidit vnius sapphyri gestatione curatos. Tapsus barbatus, Theriaca, Mythridentiū. Sed remedia celeriter exarescunt. Subinde itaque commutanda.

Sanguisuga, gallinæ.

Defensiuæ circa locum. ℥. ol. ros. 3. acet. ros. 3. i. boli armenæ quantum sufficit ad inspissandum.

℥. vnguenti populei, olei rosati & myrryllorum ana 3. 2. vini granatorum 3. i. s. boli armenæ, terræ sigillatæ ana quod sufficit.

Possunt emplastra malaxari cum succo plantaginis.

Cotula foetida trita circumponitur.

L l iij

DE PESTE

Supra verò stercus humanum calidum, vel vitellus oui recens agitetur cum sale benè trito.

Nasturtium vel vrtica cum sale teratur, & malaxetur cum ol. liliaceo. Allium tritum per se, vel cū pipere, & auellanarum nucleo, detracta pelle.

Terebinthina cum nitro, carne passularum, cum sale vel stercore passeris, columbarum.

Mel & ol. cum sale trito cocta,

Cor turturis recenter detractum & deuoratum singulare remedium. Fodus ante scarificationem, & alia. Chamæmeli ʒ. ʒ. spicæ Celticæ ʒ. 2. maiorana ʒ. 2. bulliant in aqua, cum spongia fiat fodus. Deinde ventosæ affigantur cum multo igne. Fiat idem fodus, tum scarifica punctim, & cucurbitula apponatur, vbi res vrget.

FINIS LIBELLI DE PESTE.